

annis Abbatis Gistertij, quo concessit ipsi Abbati, & quatuor primis Coabbatibus eius, tunc, & pro tempore existentibus, ut de cetero perpetuis futuris temporibus prædicta, & quæcunq; alia vestimenta, ac Ornamenta Ecclesiastica, Corporalibus, Vasculis quæ ad reponendam sacram Eucharistiam, ac imaginibus quibuslibet comprehensis in locis, & Domibus dicti Ordinis, benedicere, & Calices consecrare: tam de dicto Ordine, quam si ad eos aliunde nonnunquam deferantur. Hæc Innocentius.

¶ Summa Rosela refert Sixtum. 4. concessisse simplicibus Sacerdotibus Ordinis Minorum, ut benedicere possint omnia Ecclesiæ, vel Altaris ornamenta, vel vestes Sacerdotales, ut potè Amictum, Cingulum, Manipulū, Stola, Albā, & Casulā, exceptis Corporalibus: & hoc pro usu proprio. Et cōsequēter ait Silvester ver. Benedictio. nu. 4. q̄ idē possunt per cōmunicationē Sacerdotes Ordinis Prædicatorum. Et Collector Cōpendij eandem refert concessionē per Sixtū. 4. Fratribus Minoribus Sacerdotibus factā. Et Gregori. 9. concessit, q̄ Fratres Minores presbyteri interris Infidelium existentes possint

causid

H h

2

vestes